



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. ij

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Octauum et nonū

¶ Resoluit tria dubia que incidunt circa formam consecrationis vini. **Art. ii.**

I Sol. Que sit sufficiens et debita forma consecrationis vini forma est ista. Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamenti mysterium fidei. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

ii Sol. Utz oia verba predicta sint de suba forme et necessario pferenda. Sicut hec coniunctio enim non est de suba forme consecrationis panis ita non est de suba consecrationis vini. non tamen debet scilicet omitti. **Dubium**

iii Sol. Quid significet hec dictio calix in predicta forma significat liquorem vel sanguinem in calice existentem. Accipitur enim figuratiue continens pro contento.

¶ Pro solutioe alioz dubioz que circa dictam formam occurrere possunt notanda sunt ea que circa predictum articulum de forma consecrationis panis dicta sunt. Eodem similia enim dubia circa hanc formam consecrationis vini occurrere possunt. Et pariformes habent etiam solutioes.

¶ Capitulum nonū de intentione ac ratione eorum que in missa dicuntur sex includens articulos.

¶ Premittit diuisionem totius misse in partes suas principales.

¶ Tota missa diuiditur in quinque partes. In prima premititur preparatio ad diuine pficiendum ea que agenda sunt. In secunda fit oblatio eorum que consecrata sunt. In tertia fit consecratio eorum que oblata sunt. In quarta fit sumptio eorum que consecrata sunt. In quinta redditur gratia actio pro sumptorum perceptione. Prima pars incipit ab introitu misse. et finitur ante canticum offertorii. Secunda incipit a canticum offertorii. et finitur ante prefationem. Tercia incipit a prefatione. et finitur ante orationem dominicam. Quarta incipit ab oratione dominica. et finitur ante antiphonam post comunionem. Quinta incipit ab antiphona. que vocatur post comunionem. et finitur in conclusione totius misse. **Art. i.**

¶ Primam partem subdiuidit. intentionemque ac rationem singulorum que in ea dicuntur. clare exponit. **Art. ii.**

¶ Prima pars subdiuiditur in duas particulas. In prima nempe preparatur affectus quadruplex. scilicet pro deuotionem. humilitatem. rectam intentionem. et gratiam consecrationem. Deuotio enim excitatur per laudis iubileum in introitu. Humilitas declaratur per miseriam gemitum in Kyrieleyson. Recta intentio explicatur per celestis glorie precium in Gloria in excelsis. Gratia consequitur postulat pro orationis suffragium in Collecta.

¶ In secunda parte particula preparatur intellectus dupliciter. Primo dispositiue per doctrinam prophetarum et apostolorum in prophetia vel epistola per vite profectum in graduale. per spirituale gaudium in Alleluia. vel per cordiale iucundum in tractu. Secundo profectus per euangelicam lectionem in euangelio per catholicam fidei prestantem in Symbolo.

¶ Subdiuidit secundam partem cum declaratione intentionis ac rationis eorum que in ipsa dicuntur. **Art. iii.**

¶ Secunda pars in tres particulas subdiuiditur. In prima namque premititur offerentium cum laude exaltatio in canticum offertorii. In secunda exprimitur